



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

De Processione in Translatione sacrarum Reliquiarum insignium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

eodem Spiritu recta sapere , & de ejus semper consolatione gaudere.

*Oratio.*

**D**Eus, qui neminem, in te sperantem, nimium affligi permittis, sed pium precibus præstas auditum: pro postulationibus nostris votisque susceptis gratias agimus; te piissime deprecantes, ut à cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

### De Proceffione in Translatione sacrarum Reliquiarum insignium.

**E**cclesia, & via per quas transeundum est, quàm fieri potest, decentius ornentur. Sacerdotes & Ministri, vestibus induti, albi vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquia transferuntur, exposcunt; & cum luminaribus accensis, omnes procedant, decantantes Litantias, cum invocatione Sanctorum quorum Reliquia deferuntur, & Hymnum, Te Deum &c. Pag. 515.  
& Psalmum, Laudate Dominum de cælis, cum duobus seqq. ut supra. & alios Psalmos & Pag. 292.  
Hymnos de proprio, vel de communi eorum Sanctorum, quorum Reliquia transferuntur.